

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Temptatio n
cum uariis

Ad Iudeam Dominus per Ieremiam dicit: Quousque morabuntur in te cogitationes noxie? Neque enim reprehendit cur ueniunt, sed cur morantur. In bonis enim cordibus cogitationes illicite ueniunt, sed tamen morari prohibentur quia recti queque ne captiuandam domum consciencie prebeant, ab ipso cordis limine hostem fugant. Qui et si quando repentinis suggestionibus usque ad primum uestibulum subrepat, ad consensus tamen ianuam non pertingit.

Gregorius libro XXVII. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

morari] morarie (*cor. sub lin.*) C; queque] quique P V¹ V² L¹ L²; captiuandam] captiuanda P V¹; limine] lumine P V¹; repentinis] co *add. (del. sub lin.)* C; libro XXVII. moralium] ibidem V²; Gregorius libro XXVII. moralium] ibidem L¹ L²